

citatis probat Mantica de coniect. vltim. voluit. lib. 5. tit. 4. nu. 16. Quinto, quia multi Doctores nō pœnitendi cœsent viduam semel fornicantem amittere dotem. (vt retuli disput. precedenti nu. 9.) idq; est probabile: quamuis ac probabilis sequuti timus ibi oppositum. Si ergo dos, quæ proprium vxoris patrimonium est, nec ex viri substantia profecta est, nec apposita est conditio castitatis seruandæ, perditur vni co actum: nēdum idē dicendum erit de legato ex mariti bonis relicto sub ea conditione. Sexto, quia cum l. 5. tit. 9. lib. 5. nouæ Recopil. regie, decidat viduam luxuriosē viuētē amittere medietatem lucrorum, aliqui censent satis esse vnicum luxuriæ actum (vt retuli disput. precedenti nu. 8.) Septimo, quia viduam castē, & honestē viuere, nil aliud est, quàm esse castam, & pudicam, seu castitatem seruare. At talis desinet esse semel fornicans, nec verē castitatem seruat. Vt probat Castillo. l. 52. Tauri nu. 21. vers. non enim dicitur. Octauo, ex l. li vxor. 13. §. iudex adulterij. ff. ad l. Iuliam, de adult. vbi deciditur iudicem adulterij inquirere debere, num maritus de eo vxorem accusans, viuens pudicē auctor fuerit mulieri bonos mores colendi: & subditur ea ratio, quod per iniquum sit, vt pudicitiam viri ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat. Vbi Glossa verb. non exhibeat, inquit, committendo lenocinium. Ergo vir semel committens lenocinium dicitur non castē viuens: is enim caret potestate vxorem adulteram accusandi. Nonō, quia l. 9. tit. 11. lib. 2. nouæ recop. regie, deciditur viduam gaudere nobilitate viri: & subditur, si mansuere castitatem, quod perinde est, ac dicere si castē vixerit. At constat ea priuilegia vel vnica fornicatione perdi. Decimo, quia lib. 6. disput. 27. nu. 3. ex Baldo, & alijs retuli, donationem factam à viro vxori, præsumi in præmium pudicitie esse. Ergo pudicitia non seruata, quod per vnum actum sit, cessat quasi cessante causa eò vel maximè quod adiecta sit clausula petens castitatem. Tandem, quia aucte, de non eligendo secundo nubentes. §. cum igitur, quasi explicans textus, quid sit castē viuere, sic ait. *Quoniam non licet legaliter castē viuere contra leges luxuriantur.* Vbi Glossa verb. non licet, sic explicat, id est, non possunt castē viuere feminae, quæ contra leges luxuriantur. At luxuriant, seu mulierem esse luxuriosam, distat à viuere luxuriosè: quod illud in vni-

co luxuriæ actū verificetur: hoc autem in sola frequentia. Vt bene tradit Acoffa. c. si pater, de testam. in 6. 1. p. verb. legauit. nu. 40. Ergo non dicitur castē, & honestē viuens vidua semel fornicans, ac proinde legatum sub ea cōditiōne relicto amittet. Atq; alias rationes afferuntur, sequenti id probantes specialiter de marito legante. Atq; idē huius sententiæ videntur expressè Baldus. l. penultima, in principio. n. vnicō. ff. de excusatione tutorum. vbi loquens de legato relicto à viro vxori, dicit id perdi, si vidua stuprum committat. Et præpositus. c. Nicena nu. 4. d. 3. 1. vbi explicans eam conditionem appositam à viro, vel filijs, si castē, & honestē vidua vixerit, ait intelligi, id est, si alteri non nuperit, vel corpus suum aliter non corruerit. Et lason. l. finali nu. 31. vers. in vltima parte. C. de indist. viduit. loquens in legato, de quo agit Glossa finalis ibi, nimirum, relicto à viro sub ea conditione, ait viduam obtenturam id legatum, donec perseverauerit in castitate. At non dicitur in castitate perseverans, quando semel fornicatur. Et expressiùs Beroius consilio 30. nu. 2. volum. 2. vbi dicit hanc conditionem si honestē, & castē vixerit, desicere, ex quo semel castē, & honestē desijt vidua viuere. Et Angelus de Gambellionibus tractatu de testamentis, glossa 46. nu. 5. explicat eam conditionem de vnicō actu, ait enim, *Licet non dicat testator, si castē, & honestē vixerit, perdit legatum, si ipsa inhonestam vitam ducat.* Vt quia concubuit cum seculari. Et Zephalus consil. 500. num. 39. volum. 4. vbi hæc ait. *Non reuocatur legatum al saluē relicto viro vxori per secundas nuptias: secus si ducat vitam inhonestam.* Vt quia cubat cum aliquo. Ecce qualiter vterq; eam conditionē de vnicō actu explicat. Idem videtur sentire Gulielmus Benedictus cap. Raynuntius, de testame. verb. qui cum alia num. 228. vbi ait vxorem perdere legatum sub ea conditione relicto, fornicando, & meretricando. Et subdit hanc rationem his verbis. *Quia tunc ob fornicationem, vel adulterium inhonestē viuendo perderet.* Ecce qualiter coniunxit, fornicando, & meretricando, quasi sentiens idem esse vtrumq; quoad hunc effectum. Et postea fornicari, vel adulterari, quæ vnicum actum important, appellauit inhonestē viuere. Et ferè expressè idem sentit Bertrachinus in suo repertorio, littera V. verb. vxor vsufructuaria, vers. vxor vsufructuaria donec castē, vbi hæc dicit,

Perdit

Perdit legatum committendo stuprum, licet postea castē viuat. Et eiusdem sententiæ videtur Nata consil. 473. in fine, vbi dicit, honestē dici viduam viuere, quæ non passim copiam sui corporis facit, quoad alia, remoto crimine quod sibi tunc obijcitur. Sentit ergo non dici talem quoad eam vnicam fornicationem tunc sibi obiectam ad amittendum legatum. Et Rosella verb. adulterium nu. 6. Et Sylu. verb. legatum 1. q. 5. nu. 9. dicunt non esse sentiendum idem de conditione, si castē, & honestē vixerit, apposta à viro vxori, vel ab extraneo, ad perdendum legatum per transitum ad secundas nuptias: perdet enim illud, quando apponitur à viro, secus quando ab extraneo: subdit tamē vterq; in vtroq; casu viduam perdere, si corpus suum corruerit. Et expressiùs idem Sylu. verb. legatum 2. fine, vbi expressè dicit vxorem, cui vir legauit sub conditione, si castē vixerit, non posse tuta conscientia retinere legatum, si fornicetur. Et idem videtur sentire Calet. summa verb. pœna, ad finē, vbi ait adueniente casu castitatis amissa perdere vxorem hoc legatum sub dicta conditione relicto. Et Couar. 4. decretalium 2. part. c. 6. §. 8. nu. 17. vers. vndecimō, & taxa panis, conclus. 6. num. 107. Et Cenedo collectaneo 154. ad decretales num. 9. & 10. dicit teneri hanc restituere legatum, ex quo castitatem non seruauit. Quod vnicum actum importat. Et expressiùs Nauar. summa Latina cap. 23. num. 62. statim in principio, & summa Hispana cap. 28. additione ad num. 67. cap. 23. Et Enriquez lib. 13. de excommunic. cap. 56. num. 2. in commento, littera V. V. Et Philarcus de officio Sacernotis, tomo 2. par. 2. lib. 6. cap. 22. dicit enim vxorem perdere hoc legatum, si realiter fornicetur. Et idē Nauar. vtraq; summa cap. 25. num. 65. dicit perdere, si stuprum admittat. Idem videntur clarè sentire Doctores, quos nu. 38. referam, dicentes per solos tactus in honestis id legatum amitti. Et in proprijs terminis tenet hanc sententiam, Mantica de coniecturis vlti. volunt. lib. 11. tit. 19. nu. 35. vbi ait mulierē copulam carnalem patientē non dici castē, & honestē viuere ad consequendum legatum castē & honestē viuenti relicto. Nam licet quoad alia possit dici honestē viuere, dum non passim copiam sui corporis facit: secus quoad legatum. Et Menochius de presumpt. lib. 4. præsumptione 188. num. 12. vbi ait viduam semel inhonestē agentem

-addit

priuari legato relicto sub cōditiōne, castē, & honestē viuendi: nec postea recuperare redeūtem ad frugem meliorem. Et vterq; de legato in genere sub ea conditione relicto loquitur. Et loquens de legato relicto à viro sub ea cōditiōne, tenet expressè Ludouicus Lopez 1. p. instructioij cap. 295. column. 13. & Vega 2. tomo summa cap. 32. casu 9. & 1. tom. cap. 94. casu 2. ad finem.

At verius existimo sic distinguendum esse. Si legatum relicto sit à marito, vel eius filijs, aut filijs ipsius vxoris, aut alteri trius coniugis consanguineis, vel archidisi familiaritate coniunctis, quorum interest viduam illam omnimodam castitatem seruare, vt potē, qui dehonorantur per viduam fornicationem, existimo satis esse vnicam fornicationem, vt id legatum perdat. Et in hoc casu vera est sententia num. precedentij relata. Et ita ferè omnes Doctores illius, & rationes loquuntur de ea conditione à viro opposita. Secus si ab extraneo relicto sit: tunc enim desideratur ea fornicationum frequentia, vt merito, ac iure optimo possit dici eiusmodi vita impudica, & inhonesti. Probat prior pars omnibus rationibus adductis nu. precedentij. Insuper probatur rationibus, quibus probauit num. 15. & 16. per transitum ad secundas nuptias amitti legatum sub eadem cōditiōne relicto, quando relinquatur à viro, vel ab alijs, qui ex secundis nuptijs offenduntur. Præterea, quia quamuis attēta verborū proprietate, ea verba, castē & honestē viuere, sonent habitum, nec dicantur vita impudica, & honesta eius viduæ, quæ semel, aut iterum fornicatur: (vt satis probant argumenta num. 31. adducta.) At ex mente testatoris tacita, qui grauior ea fornicatione offenditur, colligitur aperte cōtrarium. Sicut eadem verba licet ex sermonis proprietate non excludant transitum ad secundas nuptias: excludunt tamen ex tacita testatoris mente, quando ea verba conditionis apponuntur à personis, quas secundæ nuptiæ offendunt. (vt num. 16. probauit.) Nec potest dici hanc intentionem tāquam sola mente retentam nil operari, nec transire in dispositionem: iuxta dicta disput. precedentij num. 11. Nam transitum in dispositionem, eò quod colligitur ex ipsis testatoris verbis, attēta eius præsumpta mente, ob offensam quam ex fornicatione, aut secundis nuptijs viduæ patitur. Et confirmatur, quia (vt num. 17. &

33

Q9 4 sequen-

sequentibus probati) non solum quando ea verba apponuntur à viro, excludunt ex tacita eius mente secundas nuptias, sed etiam quoties à personis, quibus illa infestae sunt, ac iniuriam irrogant. Ergo similiter intelligendum est, ex tacita mente testantis, si quies conditio castitatis viuendi adijcitur à personis, quae dedecus, & iniuriam ex ea fornicatione patiuntur. Et hinc est, quod quauis num. 16. dixerim per eam conditionem appositam à consanguineis ipsius vxoris, non excludi secundas nuptias: ac dicendum est per eam excludi vnicam fornicationem, sicut quando à viro apponitur: Et ratio discriminis est aperta. Quod illi non offendatur transitu viduae ad secundas nuptias: imò illum amant, vt propagetur familia, & caueatur vita eius inhonestam. At eius fornicationem valde detestantur, vt potè, quae in eorum dedecus redundat. Et amplius confirmatur, quia nullam sanæ mentis persuadere sibi poterit, virum ac ceteros, qui ex viduae fornicatione exhonorentur, ac iniuria graui afficiuntur, dum expressa conditio petunt in legato vitam viduae castam, & honestam, solum petere ne sit meretrix. Tandem, quia à proprietate sermonis cogit quoadque recedere grauitas rei. Vt constat ex l. mariti. 59. verfic. qui quæstum. ff. ad l. Iuliam, de adulter. vbi deciditur, virum, qui siue sapius, siue semel permiserit vxoris adulterium ob receptum precium, dici quæstum facere ex adulterio, nec à penis huiusmodi quæstus eximi: quauis proprie quæstum ex adulterio facere ille solus existimandus sit, qui ob pretium paritur vxorem meretricio more adulterari. Et subdit rationem textus his verbis, *Nec enim mediocriter delinquit, qui lenocinium in vxore exercet.* Cum ergo sit grauisima viri, & consanguineorum vtriusque coniugis iniuria, ea fornicatio viduae, recedendum est à proprietate illorum verborum, castitatis, & honestatis viuere, quae habitum important: & dicendum est, violari eam conditionem vnicam fornicationem. Eò vel maxime, quod ibi agebatur de pena legali, & grauisima: hic autem de non reportando lucro legati, ex præsumpta testatoris mente. Posterior autem pars, nimirum, non perdi id legatum per vnicam fornicationem, quod conditio apponitur ab extraneo, inde persuadetur. Quod proprie non dicatur vidua inhonestam, & im-

prudicam vitam agere ob vnicam fornicationem. (vt satis probant adducta nu. 31.) vnde attentata proprietate verborum conditionis, ea non violatur vnicum actum. Nec sit aliquid iudicium, vnde conijci possit contrarietate testatoris voluntas. Et huic distinctioni satis fauet Præfop. cap. Nicenæ. num. 4. distin. 2. vbi dicens legatum mulieri relictum sub conditione castitatis, & honestatis vita traducenda non amitti transiit ad ad secundas nuptias, limitat nisi conditio apponeretur à marito, vel filijs, nam cum aliquoties tales ex secundis nuptiis laedantur, dicitur intelligi tunc conditionem, si alter non nupsit, vel aliter corpus suum non corrupit. Atque ita videtur sentiri esse speciale in ijs, qui ex secundis nuptijs, vel ex fornicatione viduae offenduntur, vt ea conditio per tales nuptias, aut per vnicam fornicationem deficiat.

Hinc infero, vxore legante viro sub conditione castitatis, & honestatis viuendi, non amitti id legatum ob vnicam viri fornicationem, sed quando carnis vitij, ita deditus fuerit, vt merito eius vita impudica, & inhonestam appellari valeat. Et idem à fortiori dicendum erit, si à consanguineis viri, vel vxoris, vel à quocunque id legatum relinquatur. Ducor, quod nec vxor, nec alij ex ea viri fornicatione exhonorentur, nec nota aliqua speciali afficiuntur: & id eò nil est quod à proprietate verborum cogat nos recedere. Sicut quando legatum fit sub ea conditione feminæ.

Secundò deducitur, id legatum semel perditum ob fornicationem, aut vitam inhonestam, contra conditionem in legato appositam, minimè recuperari ad meliorem frugem redeundo. Sicut non recuperatur legatum sub conditione non nobendi relictum, adueniente iduitate. Quod cum iam verè defecerit conditio, expirat legatum. Sic tradunt Baldus. l. penultima, in principio num. vnicum. ff. de exactione tutorum. Berolius consil. 50. num. 2. volum. 2. Bertachinus in suo repertorio, li. tera V. verb. vxor vsufructuaria. versus vxor vsufructuaria donec castitatis. Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumptione 188. num. 12. Simon de Preis de interpretatione vltimæ voluntatis, lib. 1. interpretatione 1. circa legata, dubio 10. num. 114. Qui bene addit non reuiuiscere actionem ad id legatum, ingrediendo religionem.

Tertiò deducitur, quid sentiendum sit de legato annuo relicto, vt quotannis di-

tribua-

tribuitur ad collocandas in matrimonium feminas honestæ vitæ, seu honestas: non explicando, vt sint virginis. Videtur enim iuxta dicta num. 5. distinguendum, an id legatum relinquatur consanguineis, vel testatoris familia, an absolute quibuscunque feminis, vt in priori casu excludatur ex præsumpta testatoris voluntate consanguineis semel fornicata, quauis attentata verborum proprietate non possit ob vnicum actum appellari inhonestam, aut vitæ inhonestæ: in posteriori autem, minimè: sed quoad habitum inhonestæ viuendi imbibit. Quod tunc proprietate verborum scilicet cum nil decurrat, ex quo testatoris voluntas conijci possit contraria verborum proprietate. Sicut ratione consanguinitatis est in priori casu coniectura contraria voluntatis. Verum re attentius considerata, existimo in vtroque euentu non esse recedendum à verborum proprietate: & sic posse distingi feminæ quauis consanguineæ, quæ semel, vel iterum fornicationem admittit. Ducor, quod id legatum non relictum sit alicui specialiter consanguineæ, vt vel sic conijciamus testatorem desiderasse in ea specialem quandam honestatē, & pudicitiam, prospiciendo honori suæ prospicit: sed consanguineam in perpetuum, quæ iam vitæ quantum gradum habentur, vt extraneæ, nec fornicatio earum redundat in dedecus testatoris, aut eius familie: atque ita non videtur specialis castitas peti in consanguineis, præ extraneis. Adde consanguineas in eo legato solum ius prælationis habere: nam ipsis deficientibus, est distribuendum extraneis. Et subinde cum sub eisdem verbis legatum relictum sit, non videtur maior castitas exigi in consanguinis, quam in extraneis ad id legatum obtinendum.

Ad argumenta primæ sententiæ nu. 31. proposita constat ex dictis nu. 33. Ea enim probant attentata verborum proprietate, illa verba, castitatis, & honestatis viuere, importare habitum: at ab ea receditur quandoque ex coniectura testatoris mente. Ad primum & confirmationem ex propositis num. 32. die ea nomina verbalia quoad effectum puniendi delictum in foro extraneo, vnicum actum contenta esse. Quod leges vnicum delictum intendunt punire ob damnnum reipublice inde illatum. Præterea quædam verba inueniuntur, quæ in communi concipiendi modo, solum vnicum actum postulant, vt verè homicida, Sodomitæ, raptor virginis,

quispiam dicitur, si vel semel id delictum perpetrarit quis dicitur hominem mendicem, quæ semel mentitus sit: aut auarum, ob vnicum auaritiæ actum, aut inhonestam, turpiter viuere, ob fornicationem semel admittam: Ad secundum cum sua confirmatione dic, ex subiecta materia manifestè esse intentionem exigentem illam promissionem, & emittentium, obligare ad omnimodam castitatem: quauis verba proprie non illam importent: atque ita in dubio iudicarem de vouente viduam esse castem, vbi nil de eius intentione constare posset. Quia in materia voti sic communiter ea verba concipiuntur, vt plena castitas Deo offeratur. At in legatis non est ea communis conceptio, nisi coniectura mentis testatoris aliud suadeant. Ad tertium cum confirmatione, die eos Doctores non ita sermonis proprietatem attendisse, dum hæc confundunt: atque quoad illi effectum, de quo erat sermo, verè confunduntur. Quia donatis, vel legatis à viro, & tutelæ filiorum, ob vnicam fornicationem priuatur vidua, sicut per vitam luxuriosam. (vt probauimus disput. præced. num. 2. & 15.) Atque ita quando verborum proprietatem, & rigorem attenditur, constituerunt differentiam inter viuere luxuriosè, & semel fornicari. (vt constat ex dictis disput. præcedentibus num. 8.) Ad quartum dic leges exprimere verba vnicum actum importantia: qualia non exprimitur in prædicto legato. Præterea loquuntur de fornicatione viduae, quæ iniuria priorem virum afficit: in quo euentu nos quoque, falsifumus nu. 33. amitti id legatum ex eodem testatoris mente. Ad confirmationem dic verba testatoris loquentis in eodem casu legis, vt quando vir legat vxori, intelligi instar legis, atque ita de vnicum actum. Præterea id est verum, quando sunt eadem verba testatoris, & legis. Secus autem est, quando lex verbis vnicum actum importantibus vitur: verba autem testatoris habitum iudicant. Ad quintum & sextum dic contrarium esse multo verius: vt in locis ibi allegatis probauimus. Ad septimum dic, non importare esse castam qualitercunque, sed per modum habitus, cui non repugnat vnus, aut alter lapsus. Ad octauum dic, nullatenus ibi sermo esse deuita ipsius mariti pudica in se, nam quantumvis impudicitijis deditus sit, potest criminaliter vxorem de adulterio accusare. Sed tantum denegat lex actionem viro, qui leno est vxoris, turpitudini eius assensum præstans: ad quod, sicut ad cæ-

ra de-

ra delicta per leges puniendā, satis est vnicū actus. Vt in solutione ad 1. diximus. Ad nouum & decimum dic, nil probare cōtra nostram sententiam. Quia respectu viri legantis factum in honore viere feminam viduam semel fornicantem. Ad vltimum dic, nil ad rem facere: tantum enim est sermo ibi de secundis nuptiis impune concedendis, ne vidua incontinentiā periculum subeat: & ita sensus est, si secundā nuptiā viduis interdicanur, difficile castē viuent, sed in fornicationes incidēt. Vt explicat ibi Glossa verb. non licet, & verb. viuere: & ita non fit in verbis vis aliqua, an luxuriari importet vnicū actum, necne: & viuere castē habitum.

SUMMARYM.

An legatum sub conditione castē, & honestē viuendi, amittatur per amplexus, ac alios tactus impudicos? Referunt duplex opinio. num. 38. 39.

Proponitur sententia Authoris. num. 40.
Post num. 40. inuenies alia summaria.

38

Questio tertia. An legatum sub conditione castē, & honestē viuendi, amittatur a femina amplexus virorum, aut tactus impudicos patienti? Quidam censent id legatum amitti. Quod non dicatur vita casta huius mulieris. Et cōfirmatur, quia multi Doctores, & non pœnitendi censent ad eod. hos amplexus aduersari castitati, vt pœstent iustam diuortij causam, ac priuandi viduam dote, in stat. adulterij. Quos referam lib. ii. disput. 4. num. 11. Item, quia saltem si vir leger, intelligitur legatum de omnino da castitate: (vt probauimus nu. 16.) & id eod. diximus ibi excludi secundas nuptias. Cūm ramen hæc minus castitati repugnent, quā tactus libidinosi. Et ideo huius sententiæ sunt, Baldus consi. 207. num. 1. & 2. vol. 4. Angelus de Gambellionibus tractatu de testamentis, glossa 46. nu. 4. Paulus a Montepico. l. Titia. §. Titia cūm nuberet. q. 64. nu. 164. ff. de legat. 2. Anton. de Prato inter consilia diuersorum Doctorum, ad vltimum volumen, consi. 136. nu. 32. & sequentibus lib. 1. Couarr. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. nu. 1. fin. Mantica de coniectur. vlti. volunt. lib. 1. tit. 19. nu. 34. Menoch. de presump. lib. 5. presump. 41. nu. 38. Salzedo additionibus ad Bernardum Diaz, regula 216. in fin. Cenedo collectan. 154. ad decretales nu. 9. in fin. & nu. 10. Lara. l. si quis

à liberis. §. si quis ex his. nu. 147. ff. de liber. agnosce. Grassi. 1. p. decisionum, lib. 2. c. 11. nu. 58. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione c. 99. nu. 1. & videtur eā tenere Emmanuel Sa summa. verb. legatum. nu. 43. hæc enim sententiā refert in vltimo loco. Et omnes hi Doctores generaliter loquuntur, præter Manuelem loquētē de viro leganti vxori.

Alijs placet, id legatum nō amitti fracta castitate, mente, verbo, vel alio actu lasciuo, præter copulam. Quia est talis tactus libidinosi sint contrarij pudicitiz, & castitati viduali, ac cūm non sint ad us consummati in genere impudicitiz, sed inchoati, & præuij, non denominantur fornicationem simpliciter impudicam, sed inchoatice. Insuper probari potest per ea, quæ afferam lib. 11. disput. 4. nu. 12. ad probandum penam amissionis dotis nō incurrī per amplexus, & tactus impudicos, sicut per adulterium. Atq; huius sententiæ est Nauarr. summa Latina. c. 23. num. 92. statim in principio, & Hispana. c. 28. additione ad num. 67. c. 23. & expressē loquitur in viro legante vxori sub prædicta conditione.

At placet media sententiā, quam amplectitur Ludouicus Lopez. 1. p. instr. c. 10. §. c. 293. col. 13. nimirum, id legatum nō perdi per vnicū, vel alium actum huiusmodi lasciuum: ob rationem traditam nu. pœcedenti: in quo casu ea sententiā est vera. Secus quando toties femina in hostatus labitur, vt arbitrio boni viri possit ea femina dici impudica, ac inhonestē viuens. Et in hoc casu admitto priorem sententiā relata. num. 38. Nec obstat nos dixisse nu. 33. id legatum à viro, aut consanguineis vtriusque coniugis relictum amitti per vnā fornicationem. Quia cum illa sit actus per factus, denominat fornicationem simpliciter impudicam. Et ex his constat solutio ad argumenta num. 38. proposita.

SUMMARYM.

An legatum relictu sub conditione nō rēsecundis ad secundas nuptias, amittatur per fornicationem? Referunt quadā opinio. nu. 41.

Proponitur sententia Authoris. num. 42.

An amittatur, si matrimonium sit irritū? nu. 43.

An per sponsalia perdatur? num. 44.

Quid, si matrimonium non sit consummatum? num. 45.

An relictu vxori à viro, si vitam vidualem seruauerit, cōsequatur ea vidua religionem ingrediens? num. 46.

Post num. 46. inuenies alia summaria.

Quæ-

Questio quarta. Vtrū legatum relictu sub conditione non transeundi ad secundas nuptias, amittatur per fornicationem: aut quando posteriores nuptiæ irritæ sunt, aut non consummate? Quibusdam placet circa primam partem huius disputationis, id legatū perdi per fornicationem. Probatur primò, quod vidua fornicat subdatur omnibus pœnis secundarum nuptiarum, ne plus faueatur luxuriæ, quàm castitati. (vt latē diximus disp. pœced. nu. 2. & 7.) Et confirmatur, quia ob hanc rationem, ne, scilicet, plus profit luxuria, quàm castitas, defendunt Boerius de celsi. 338. nu. 11. vers. & per quam rationem. Et multis citatis Tiraquel. de nobilit. cap. 18. nu. 13. Matienzo lib. 5. Recopil. tit. 9. l. 5. glossa 8. nu. 14. leges priuantes viduam secundò nubetem, domicilio, fauoribus, ac priuilegijs viri, extendi ad viduā fornicantē. Et Bald. l. his solis. 7. nu. 3. C. de reuoc. donat. ait statutum puniens matrem transeuntē ad secundā vota, extendi ad cōmittentem stuprum: eod. q. hæc multò magis offendit. Secundò, quia saltem id legatum sic relictu à viro amittatur ex presumpta ipsius mēte: vt potē, qui omnimodam in vxore castitatem petiit. (vt nu. 16. probauimus.) Et ideo hæc partem sustinent in fornicationis pœnā: si arbitrato, in fin. num. 25. & 30. ff. de condit. & demonstrat. Cenedo collectan. 154. ad decretales. num. 9.

At probabilis reputo id legatum non perdi fornicando, quanuis à marito relictu sit. Quia sub prohibitione secundarum nuptiarum minime continetur fornicatio. Et licet pœnā secundò nubentibus imposita extendatur ad fornicantes, id procedit post iudicis sententiā in fornicationis pœnā: (vt probauit disp. pœced. num. 1.) Non ergo vidua hæc fornicat amittet id legatum, donec iudicis sententiā in pœnā priuatur. Quare cautē Anchar. c. vxoratus. nu. 1. de conuers. coniug. dixit viduam hanc debere priuari legato: & non dixit eod. ipso illud amittere. Secundò, quia licet maritus testans velit omnimodam vxoris castitatem, ac sub verbis prohibentibus secundas nuptias non comprehenditur omnimoda castitas. Sicut vouens se non initurum matrimonium, quantumcunq; ad castitatem affectus sit, non tenetur ad illa ex vi huius voti. Quare voluntas ea mariti censetur sola mente retenta: ac proinde non transibit in dispositionem: vt potē, quæ ex verbis

ipsius non deducitur. Iuxta ea, quæ notari disput. pœced. num. 11. Vnde non est simile, quando legatum est à viro relictu vxori, sub conditione castē, & honestē viuendi. Quod ea verba ad nuptias etiā prohibendas apta sint. Vt contingit in vouenti castitatem. Tandem, quia cūm priuatio hæc quandam pœnā rationem subeat, potius coarctanda, quàm extendenda est. Et ideo hæc partem tuentur Nauarrus summa cap. 25. num. 65. Antonius Bernard. in sua summa. cap. 18. num. 94. Et ex dictis cōstat ad argumenta num. pœcedenti proposita.

Circa secundam partem, nimirum, an amittatur id legatum, quando posteriores nuptiæ sunt irritæ? Partem affirmantē suadet doctrina Bermondi de publicis concubinarijs. §. de adulterio. num. 45. & sequenti, ubi vxorem relictam usufructuariam, si vitam vidualem seruauerit, dicit amittere legatum, si nubat Sacerdoti, quantum matrimonium sit nullum. Quod non debeat plus operari incontinentiam, quàm castitas, que in secundis nuptijs reperitur. Et doctrina Pauli, & Iasoni, quam retuli disput. 87. num. 29. in fine. Et doctrina asserens per matrimonium incurrī pœnas, quam retuli eadem disput. 87. num. 18. At credo in foro conscientiam non amitti id legatum, donec iudicis sententiā priuans in pœnā accedat. Duceo, quod conditio non verè violata sit: cūm re vera secundæ nuptiæ contractæ minime sint. Nec præstat impedimentum, quod de iure non fortitur effectum. regula non præstat, de regulis iuris, in 6. Et quod vitiosè factum est, videtur quasi non factum. l. quoties. ff. qui satisfacere cogantur. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata. Nec obstat, non plus tribuendū esse luxuriæ, quàm castis nuptijs. Quia hoc ad fori externi pœnā iudicis sententiā indigentem pertinere, diximus disput. pœced. num. 11.

Circa vltimam disputationis partem, nēpē, an id legatum amittatur, si secundæ ille nuptiæ non sint consummate. Id certum videtur non amitti per sponsalia de futuro. Quod cum tunc nondum sit secundū matrimonium initum, minime de fecerit conditio ad eā legato non transeundi ad secundas nuptias. Nec dispositum in matrimonio quoad pœnā ex eo incurrendam, procedit in sponsalibus. (vt probauit lib. 1. disput. 12. nu. 2.) Nec obstat. l. oratio. ff. de sponsal. decidendis dispositum in mari-

monio

monio cenferi quoq; in fponfalibus: & illo prohibito haec quoq; prohiberi. Quia id non procedit quoad pœnam. Nec etiã obftat. proximè accingendum haberi pro accinãdo. l. si pecuniã. ff. de conditione obcaufam. Quippè id est per quamdam fictio- nem: atq; ita in folis cafibus iure expreffis habet locum: nec fiet extẽfio de fimilibus ad fimilia. Nam fictio iuris non extenditur de fimilibus ad fimilia. l. genero, iuncta. l. quoniam. ff. de his, qui notãtur infamia. Et fic tenet latè probans Beroi. toto confi. 31. volum. 2. Simon de Pretis de interpretat. vltimæ voluntat. lib. 1. interpretat. 1. circa legata, dubio 10. num. 116.

45 Quando verò secundum matrimonium per verba de præfenti consummatu copula nõ est: videtur id legatum amitti. Quòd iam non fit paritum conditioni abstinendi à secundis nuptijs. At in contrarium facit, quòd diximus disput. 87. nu. 19. vbi probauimus per matrimonium non consummatum minime incurri pœnas. Et ita sentio. Quòd nondum perfectè, & consummatè receptum sit à testatoris voluntate.

46 Id demum obseruandum est. Legatũ feminae à viro, vel à quocumq; relictu, quãdiu vitam vidualem serauerit, non extinguitur femina ingrediente religione. Quòd per id spirituale cum Christo matrimonium minime cesset vita vidualis: imò pleniùs voluntati testatoris paritum sit. Authenti. cui relictu, circa principium. C. de indicta viduit. Sic Bald. l. Deo nobis, in principio, n. 9. fin. C. de Episcop. & cleric. Iason. l. fin. in fine. C. de indicta viduit. Gulielm. Benedi. cap. Raynuntius, de testam. verb. qui cum alio. nu. 172. Paulus à Montepico. l. Titia. §. Titia cum nuberet. q. 67. nu. 167. ff. de leg. 2. Bertachinus in suo repertorio, litera L. verb. legatum condition. verb. legatu vxori sub conditione. Cremenfis singulari 142. Simon de Pretis de interpretatione vltim. volunt. lib. 1. interpretat. 1. circa legata, dubio 10. nu. 117. bene addens deberi quoq; alimenta illiã viro relicta sub ea conditione, si vidua permanserit.

SVMMARIVM.

An legatum coniugi à coniuge relictu, quamdiu cum filijs commemoratus fuerit, amittatur per secundas nuptias? Refertur opinio. num. 47.
Proponeitur sententia Aurbavis. num. 48.
Quid, si filij iam defunctio transierat ad secundas nuptias? num. 49.

An legatum habitationis absolutè relictu à viro vxori, cesset ea secundò nubente? numero 50.

Quid, si relictu sit, dum steterit in domo viri? num. 51.

An legatum relictu alicui dum steterit cum vxore testatoris, perdatur si discedat, vxore secundò nupta? num. 52.

Soluuntur argumenta. num. 53.

Post num. 53. inuenies caetera summaria, qua desiderantur.

47 **Q**uestio quinta. An legatu coniugi à coniuge relictu, quãdiu cum filijs coniugis legantis commoratus fuerit, amittatur si coniux superstes ad secundas nuptias migret, vel itq; cum prædictis filijs habitare? Quidam asserunt id legatum nõ amitti. Quòd transitus ille ad nuptias minime impediatur pareri conditioni appositæ: ac transiens parere velit. Quòd si filij renuant, ipsorum marito imputabitur, in eorumq; damnum ceder. Secundò probatur ex l. cate rum. 4. verb. quid ergo si vidua, iuncto ver sic. mulieri. ff. de vsu, & habitatione, nam postquam ver sic. mulier, dixit Iurisconsultus, vsu relicto mulieri, posse eam cum marito habitare: statim. ver sic. quid ergo, sic ait: *Quid ergo, si vidua legatus sit: an nuptijs contractis post vsum constitutum, mulier habitare cum marito possit? Et verum est posse eam cum viro, & postea nubente habitare.* Huius sententiæ videtur expresse Glossa. l. cum tale. verb. sententia. ff. de condit. & demon strat. ait enim per hanc conditionem, si à filijs non discesserit, minime induci viduitatem. Quòd idem docent Bartol. & Paulus ibi. statim in principio, vbi ex prædicta Glossæ doctrina cõcludunt, non eò ipso qd coniux viduus secundis nuptijs copulatur, videri eum, cui sic legatum est, à liberis discedere. Idem Paulus. l. si vxori. §. cum vir. nu. 1. ff. eodem tit. Idem tenet I. mola. d. l. cum tale, in principio, nu. 1. verb. & per prædicta, vnde concludit fore, vt nõ perdat legatum, si nõ staret per mulierè, vel eius virum, quominus liberi secum commorarentur. Idem videtur tenere Oldradus conf. 213. num. vnicò, dum vult hanc mulierem secundò nuptam, & cum posteriori viro habitantem, amittere hoc legatum: quasi sentiat fecus fore, si habitaret cù filijs, vel per eos staret. Idem videtur velle Salycetus. l. 1. num. 4. C. de legatis, vbi ait consulendum tũc esse filijs, ne matrem

expel-

48 expellerent: ne tũc per filios videatur stetitisse: sed vt solum maritum expellant: & tunc mater ex debito sequetur virum: ac legatu perdat: nec filijs imputari poterit matris recessus. Eandem sententiam sustinet Angelus de Gambellionibus tract. de testamentis, glossa 20. num. 2. (habetur 8. tomò tract. par. 1.) Lara. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. nu. 196. & 197. ff. de lib. agnosce.

48 Quauis autem præcedens sententia sit satis probabilis: contrariam reputo probabiliorem, nimirum, per ea verba cenferi in terdictas secundas nuptias: atq; adeò viduam ad eas transeuntem amittere id legatum. Quòd si filij habeant tunc iustam diuertendi à matris habitatione causam, vt potè, quæ eis suspensa est. Quare per filios non fiat. Deinde, quia dum vir relinquat alimẽta vxori habitanti cum filijs, videtur filiorum educationi prospicere. Et ideò huius sententiæ est Oldradus num. præcedenti relatus, ideò enim dixit habitantem cum marito, quasi supponens id futurum, iuxta suam obligationem, ac tunc iustam recedendi causam esse filijs. Et ita eum intelligunt, & pro hac sententia referunt Præpositus & Parisius, quos statim referam. Eandem sustinent Bald. l. 1. num. vnicò. C. vbi pupilli educari debeant, & l. 1. in fine. C. de legatis, & ibi Angel. Iason ibi num. 5. Præpositus cap. finali, de secund. nupt. colum. penult. num. 4. ver sic. sed quid si relinquat. Parisius ad litionibus ad Bart. l. mulier. §. cum proponeretur, additione penult. ff. ad Trebellian. Alexander addit. ad eundem Bart. l. qui cõcubinam. §. vxori. verb. eo anno. ff. de legat. 3. Ripa. l. femina, in principio, in noua editione. q. 21. num. 57. C. de secund. nupt. Gulielm. Benedi. cap. Raynuntius, de testam. verb. qui cù alia. nu. 170. Garro nis rubrica. C. de secund. nupt. in noua editione, pœna 15. num. 33. Paulus de Montepico. l. Titia. §. Titia cum nuberet. num. 164. q. 64. ff. de legat. 2. Vitalis de Cãbanis in tractatu de clausulis, clausula renunciauit omnibus bonis paternis, & maternis. §. sed an iuri aimentorum. Bertachin. in suo repertorio, litera V. verb. vidua. verb. vidua legataris si stabit in domo viri. Et verb. vxor secundò nubit. verb. vxor secundò nubens. Ioann. Lupus. l. 15. Tauri. nu. 5. & ibi Castillo paulo post principium. ver sic. idem si marito. Gomez Arias. l. 13. Taur. num. 1. Martenzo lib. 5. Recopil. tit. 1. l. 3. glossa 2. nu. 8. referens Ferrariensem in sua prædicta. Spino Spectulo testam. glossa 14. princi-

pali. nu. 104. Atq; idem dicendum est, vxore leganti viro sub eadem conditione. Cùm filijs iusta sit diuertendi causa ob timorem odij noueræ. Ita Gulielm. Bened. Ioannes Lupus, Castillo, Gomez Arias proximè allegati.

49 Quòd si tamen superstitibus filijs mater semper cum eis vita viduali seruata habitabit. non amittet id legatum, quanuis eis vita fundis, ad secundas transierit nuptias. Quòd id legatum relictu sit contemplatione ipsius vxoris, & liberorum, atque horum mors superueniens impediatur, ne possit stare cum eis. Nec nocet is transitus ad alias nuptias, cum solum interdictus sit coniugi superstiti, quatenus ei obftaculo erat ad habitandum cum filijs. Sic Garro nis rubrica. C. de secund. nupt. pœna 15. nu. 34. in noua editione.

50 Imò legatum habitationis absolutè relictu à viro vxori, extinguitur ea secundò nubete. Quòd per eas cesset memoria mariti. Sic Albericus, quem refert. ac sequitur Gregor. Lopez. l. 21. verb. el de su muger. tit. 31. p. 3. Perez lib. 5. Ordinan. tit. 2. l. 1. fol. 115. pagina 1. Nec obstat Glossa in fine de vsu, & habit. §. ite is qui, vbi textus ait: *Et conuenienter si ad mulierem vsus adiu pertinet, cù marito ei habitare liceat.* Vbi Glossa ver. cù marito, ait præfenti, & futuro. Quia (inquit Gregorius Lopez) intelligitur, quando id legatum non est relictu à marito, sed ab alio.

51 Similiter sentiendum est de legato relicto à viro vxori, cù steterit in domo ipsius viri: intelligitur enim in vita viduali: atq; ita perdetur per secundas nuptias. Quòd iam in viri prioris domo nõ censetur persistere. Sic Bald. l. voluntatis. nu. 10. C. de fideicomis. Iason. l. 1. nu. 5. C. de legat. Surdus de aimentis. tit. 7. q. 23. num. 22.

52 Ex his deducitur, legatu relictu alicui si steterit cum vxore testatoris, deberi ea vidua transeunte ad secundas nuptias. Cùm iam enim definit vidua illa esse sub priori matrimonio, sub quo censetur esse, ac vxor testatoris, dum viduitatem conseruabat: iuxta l. vltimam. C. de bonis matern. iam censetur conditio impleta, nec stat per legatarium non famulari vxori testatoris. Sic per plura probat allegatis Alexandro, & Socino, Simon de Pretis de interpretatione vltimæ volunt. lib. 1. interpretatione 1. circa legata, dubio 10. num. 5.

53 Ad argumenta num. 47. proposita respondetur. Ad 1. constat ex dictis nu. 48. Ad 2.

respon-

respondetur cum Ripa. l. fecimur, in principio, in noua editione. q. 23. nu. 58. C. de secund. nupt. eum textum intelligi in legato habitationis factio vidua, & sic ab alio quam a marito: quare non aduersatur nostrae sententiae.

SVMMARIVM.

An legatum feminis maritandis possit dari viduis secundò nupturis? Refertur quoad sententia num. 54.

Non potest dari viduis maritandis num. 55.

Quid, si ea vidua prius matrimonium non consummarit: vel illud fuerit irritum? num. 56.

Quid, si deficerent aetate nobiles femina nunquam nuptae? num. 57.

An legatum relictum vxori nomine proprio, debeat etiam vi, quum testator postea vxore priori mortua duxit? num. 58.

Quid, si sub nomine appellatio relinquatur vxori? num. 59.

An alimenta legata vxori debeantur etiam illi posteriori? num. 60.

An legatum feminis maritandis, possit dari ei, quae nondum est aetate nubilissima? num. 61.

An id legatum possit dari ante aetatem nuptijs aptam? num. 62.

Legatum puellis dotandis relictum an possit dari iam nuptis? num. 63.

Quid, si dicatur, puellis maritandis? num. 64.

Quid, si certa puella maritanda, & illa sit iam maritata? num. 65.

Quid, si consanguineis maritandis, & quadam sit maritata? num. 66.

An legatum cuidam maritandae relictum, debeat quoad residuum, quando postea testator eam minori summa data in matrimonio collocauit? num. 67.

An legatum feminis maritandis relictum, possit dari ingredientibus religionem? num. 68.

Questio vltima. Quibus possit conferri legatum maritandis feminis relictum? Et primo quidam afferunt posse conferri viduis secundò nupturis. Sic videtur docere Glossa. c. aperiant. verb. trigamos. 31. q. 2. vbi ait per nuptias non solas primas, sed vltimioris designari: & sic esse argumentum contra. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. significat. idem videtur tenere Ripa rubrica. C. de sec. id. nupt. in noua editione. nu. 4. & 5. verum, contrarium determinat, vbi dicit recurrendum ad coniecturas voluntatis testatoris, & si ea non magis primis, quam secundis nuptijs adaptari possit, posse id

legatum eiusmodi viduis dari. Vbi aperte sentit posse absolute dari, nisi coniectura voluntatis testatoris suadeant eum de primis solis intellexisse. Et Decius rubrica. C. de secund. nupt. num. 3. dicit ex proprietate sermonis posse in eo legato comprehendere viduas: secus ex verisimili testatoris mente. Et Syluest. verb. legatum. 1. quaest. 5. nu. 9. ait posse id legatum dari secundò nubentibus, non autem ad vltimiores nuptias traferentibus.

At multò verior sententia, & omnino tenenda docet id legatum non posse conferri viduis secundò nubentibus. Quòd ea testatoris verba de solis primis nuptijs intelligantur. Vt constat ex l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. significat. ibi: Hoc sermone dum nupta erit. prima nuptia significatur. Et ita hanc partem sustinent Bald. in proemio decretalium. num. 25. Praepositi rubricae sponfal. num. 14. Iason. l. duobus. §. si ei qui num. 2. ff. de iure iur. Guelm. Benedic. cap. Raynuntius, de testam. verb. qui cum alia nu. 79. Garronis rubrica. C. de secund. nupt. in noua editione nu. 5. Tiraque. multis citatis dicit. §. hoc sermone, in principio num. 11. Rosella. verb. ad alterum. nu. 6. Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 21.

Hoc tamen temperandum est, nisi vidua nuptura prius matrimonium minimè consummarit: tunc enim potest capere id legatum. Quod perinde sit, ac si nunquam nupsisset: vt enim bene ait Ripa rubrica. C. de secund. nupt. nu. 15. verum, sed an dicatur, in noua editione, quanuis attento verborum rigore dicatur viduam hanc binas contraxisse nuptias: at secus se habet, quoad effectum nuptiarum. Et ita quanuis conditio non nubendi admittatur in vidua, autem, cui relictum. C. de iudic. vidui. at omnes intelligunt, quando prius matrimonium consummauit. Et idèd hanc limitationem amplectuntur Decius rubrica. C. de secundis nupt. num. 4. Et ibi Garron. in noua editione num. 5. Similiter temperarem, nisi prius matrimonium irritum fuerit. Quod ex dictis num. 43. probari potest. Deinde, quia reuera ea non est vidua, & primas contrahit nuptias.

Deinde temperandum est, nisi nullae essent feminae aetate nobiles, quibus possit id legatum impertiri: tunc enim ex verisimili testatoris mente ne opus vi differatur, potest conferri viduis. Quia (vt dicam nu. 61.) non potest id legatum dari feminae,

quae non est aetate nubilis. Sic Garron. rubrica. C. de sec. nupt. in noua editio. nu. 5.

Hinc inferre decisio illius, quaestio. An legatum relictu à viro vxori, debeatur secundae, quam post testamentum priori defuncta duxit? Quia in re manifestum est non deberi secundae, quando proprio nomine expresso legauit primae. Vt lego vxori meae Mariae. Quòd tunc apertum sit indicium affectionis ad singularem illam personam. Et ita docet alios referens Menochius de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 122. nu. 14. Quia alijis relictis hoc limitat. nu. 15. nisi posteriori vxori nomen prioris imposuisset. Tunc enim censetur loco prioris subrogata. p. text. l. filiae. §. vlt. ff. de codi. & demonstrat. Quia translatio nominis significat eadem affectionem, & animi benivolentiam prioris ad posteriorem esse traslata.

At diffingulas est, quando sub nomine appellatio legatum relictu est. Vt lego vxori meae. Quidam enim aiunt: & quidam negant deberi posteriori. Quos referunt Couarr. de testamentis. c. requisiti. nu. 3. & Mantica de conie. vltim. volunt. lib. 8. tit. 15. nu. 1. & 2. & Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 122. nu. 8. & ipse sustinet. nu. 11. & 12. deberi posteriori vxori. Quòd affectio ad eam, cui tempore testamenti testator coniugatus erat, trasferatur ad postmodum ductam: atque ita cum legatum non sit reuocatum, ei debebitur. Verum quantum hoc fit satis probabile: at placet concordia, quam ex alijs Doctoribus referunt, ac sequuntur Couarr. eodem nu. 3. & Mantica nu. 3. nempe, si testator coniugatus erat tempore testamenti intelligitur id legatum de sola vxore present. Quippè testator duci poruit, ac datus praesumitur ob specialem erga praesentem vxorem affectionem, cuiusque merita. Si autem tunc minimè coniugatus esset, & debebitur cuique vxori, quam tempore mortis testator habebat. Quòd hic adus fit fauorabilis, cessetque coniectura illa singularis affectionis, ac meritò: ac propterea legatum intelligitur relictu ex sola generali maritali affectione: quae in quacunque vxore locum habet.

Temperandum autem est, non deberi posteriori vxori, quòd sub nomine appellatio relictu est, ac testator eo tempore solutus matrimonio erat: vt intelligatur, nisi id quod relinquitor vxori sit etiam fauorabile, quale est alimentorum legatum: tunc enim concurrente duplici fauore, scilicet, vltimae voluntatis, & ipsius rei legatae, de

quacunque vxore videtur testator intellexisse. Ita allegatis Alexandro, & Socino, sustinet Barbosa. l. diuortio. §. 8. quod in anno 10. ff. solut. matrim.

Id etiam monuerim, legatum maritandis non posse conferri nisi foeminis, quae sunt aetate nobiles: nimirum, duodecim annos natae. Quòd tunc nequeat impleri causa finalis eius dispositionis. argumento. l. nec semel. §. si in habitatione. ff. quando dies legat. cedat. Potest etiam hoc ex communi doctrina comprobari, quae habet, patrono non integrè esse praesentem ad beneficia, nisi eum, qui tempore praesentationis idoneus est, ac qualitates petitas habet. Et ita docent Bald. l. Sancimus, fin. C. de nuptijs. Garron. rubrica. C. de secund. nupt. in noua editione. nu. 5. dicens ita communitè sentire Doctores. Id tamen bene limitat Bald. nisi legatum relictu est pro certa persona maritanda. Et ratio discriminis est: quia vbi personae incertae relinquitor legatum, debet per exequutores persona idonea eligi: quando persona est certa, testator ea eligens reddidit habilem ad legatum obtinendum.

Quare legatum relictu certae maritandae, quae aetate non est nubilis, peti nequit ante aetatem nuptijs aptam. Quippè de iudicatur vrgere, ex iustitiae causa. ob quam legatum relictu est. Sic Mantica de coniecturis vltim. volunt. lib. 1. tit. 21. num. 5.

Sed dubitatur, an legatum relictu foeminis maritandis, possit dari iam maritatis? Et quidem si verba testatoris sic se habeant. Dentur mille ad puellas dotandas, possunt conferri iam nuptis sine dote, vel etiam modica dote, quando vir ea inopia laborat, vt sustinendo matrimonij onera minimè sit. Quia adhuc subest causa pia, & necessitas oneris matrimonij sustinendi: & verè illud est dote foeminis. Ita sentit Baldus Nouellus de dote. 5. p. num. 12. Ioannes Lupus cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notabili 3. §. 12. num. 8.

Quòd si puellis maritandis legatum relictu sit, conferri nequit iam maritatae. Quia verè illa puella non est maritata: & ita verba legati in ea minimè verificantur. Sic Baldus. l. finali. num. 11. C. de sententia, quae sine certa quantitate. Iason. l. quominus. num. 13. verfic. quinto pro eadem parte. ff. de fluminibus. Bald. Nouellus, & Ioannes Lupus. nu. praecedenti allegati. Perez lib. 5. Ordinam. tit. 2. l. 1. fol. 79. verfic. dubium est quotidianum.

65 Illius dubium est, quando pro persona certa maritus a legatario relicto est, & ea tempore testamenti erat maritata? Mantica de conie. vlt. vol. lib. 12. tit. 1. n. 23. ait si quis legarit certam quantitatem ad certam feminam maritandam, & ea viuo testatore, ac eo infcio nupserit, & extingui legatum, quasi causa eius cessante. Secus si testator nuptiarum cōscius, ac potens testamentum mutare, minimè mutauit. Tunc enim præsumptio est ipsum voluisse in eadem voluntate persistere. Et refert Paulum consil. 154. in fine, volum. 1. & consil. 148. in fine, volum. 2. & Tiraquellum. l. si vnquam. verb. suscepit liberos. num. 178. C. de reuocac. donat. in mea editione est. num. 219. ver. si. huc deniq. spectat. Et nulum aliud fundamentum, cui innitatur, affert, præter doctrinam Bartoli. l. Lucius, la. 1. ff. de legat. 2. Quæ omnino extra res est: ac in casu valde diuerso loquitur: nimirum, quando minori summa in dorem data ipse met testator postea matrimonio eandem puellam tradidit: tunc enim coniectura est, ipsum voluisse à priori legato recedere. Et ideo dicendum est, legatum pro certa persona maritanda deberi, quantum ea tempore testamenti maritata esset: & à fortiori, si postea nubat testatore superflite. (quæuis hoc vltimum Doctores, non explicant: at ex ratione ipsorum aperte colligitur.) Probat ex. l. si iam facta. 1. ff. de conditio. & demonstr. ibi: si verò nesciat, presentis die debetur. Ex qua cum multis probat Gregor. Lopez. l. 2. 1. verb. venir. tit. 9. p. 6. sufficere conditionem per verba futuri temporis conceptam, impletam esse testatore ignorante tempore, quo actus geritur. Et ex eadē colligit alijs relictis Couarr. c. officij. num. 1. o. de testam. causa legati contingente, potius confirmari, quam extingui legatum. Et ratio est, quia eo legato certæ personæ factio, ductus esse videtur testator ob speciale

illius affectionem: quæ eum non cesserit, quæuis ipsa tunc nupserit, aut viuo, & ignorat testatore nupserit postea, atq. extinguitur, sed stabilitur id legatum. Atq. ita docent Baldus, Iafon, Baldus Nouellus, Perez. nu. præcedenti allegati. Hyppolit. rubrica. ff. de fideiussoribus. num. 85. Ioannes Lupus cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notabili 3. §. 20. num. 6. Tiraquel. tract. cessante causa, limitatione 18. fin. Sarmiento lib. 2. selet. c. 1. nu. 10. Mexia. l. Tolet. p. 12. fundamento 1. nu. 35. Spino Specul. testam. glossa 14. principali. num. 152. Zauallus in suis quaest. practic. q. 138. num. 6. & explicat Spino, & Zauallus, quantum ignorante testatore sit iam testamenti tempore cōiugata. Id enim probat. l. si iam facta, cui hæc doctrina innititur. Et ita id clarè sentiant reliqui allegati.

66 Similiter credo legatum relicto conlanguintis maritandis, quantum nequeat, cōferri conlanguinte tempore testameti coniugata: ob dicta num. 64. vt potè quod est relicto incertis personis: at si testatore mortuo nupserit, existimo cum duobus Iuris peritis ex doctoribus huius regij prætorij Granatenis, posse illi dari. Quod non omnino incertæ personæ relicto sit, sed quodammodo certæ, nempe, personis ex testatoris genere. Et quando nupserit, habeat tam ius aliquale ad hoc legatum, acquisitum à testatoris morte.

67 An verò legatum relicto certæ personæ maritandæ, eodem testatore postea eam in matrimonio collocante, minori summa in dorem tradita, debeatur quoad residuum? Cōsulèdi sunt Barr. & Doctores. l. Lutus, la. 1. ff. de legat. 2. & ibi Peralta. nu. vltimo. Couarr. c. officij. nu. 9. & 10. de testam. Bacza de non melior. fil. c. 2. fine.

68 Tandem an legatū feminis maritandis, possit dari ingredientibus religionem dixi lib. 1. disput. 33. nam. 29.

DE IMPEDIMENTO IMPOTENTIÆ. DISP. NONAGESIMASECVNDA.

An impotentia coeundi, & qualis impediatur, ac dirimat matrimonium subsequens?

SVMMARYM.

Explicatur quatuorplex sit impotentia: & an frigiditas detur in femina: & nimis ca-

lor viri aliquando sit impotentia dirimentis matrimonium causa. num. 1.
Impotentia perpetua dirimit matrimonium,

non autem temporalis, num. 10. 2.
Quid, si impotentia temporalis sit ignota alteri contrahenti? Refertur quedam sententia, nu. 3.

Proposuit sententia Authoris, nu. 4.

An laborans impotentia temporalis peccet tunc contrahens? nu. 5.

Impotentia, quæ est maxima difficultas, non obstat valori matrimony, nu. 6.

Potentia feminandi intra vas est opus ad matrimony valorem, numer. 7. & ibi, quid si vir non intra possit, sed matris femina attrahat?

Improbatur dicentes eam non peti, sed solam coeundi potentiam, nu. 8.

Saris est femina capax si feminis suscipiendis, quantum non seminet, nu. 9.

Quid, si vir solam feminis partem intra vas emittat? nu. 10.

Quid, si femina tam arcta sit, vt nequeat semen intra vas suscipere: aut susceptum non retineat vel pra. latitudine, aut alio morbo cognosci à viro nequeat? nu. 11.

Quid, si femina conscia impotentia viri ad feminandum, cedat iure suo? nu. 12.

Quæcumque est causa contingat impotentia, siue ex nimio viri calore, siue ex abominacione mulieris, dirimit matrimonium? numero. 13.

Matrimonium eunuchi carentis altero solo testiculo valet, nu. 14.

Quid, si vtroq. testiculo orbatus sit? Refertur duplex sententia, nu. 15. & 16.

Id matrimonium non valet, quantum femina conscia defectus fuerit, nu. 17.

Quid, si eunuchus daretur verum semen emittens? nu. 18.

An senes validè contrahant? nu. 19.

Quid, si in etate decrepita fuerit? nu. 20.

An ratione senectutis possit alicui matrimonium denegari? nu. 21.

An mulier quantumvis vetula validè nubat? num. 22.

Quid, si senex ita sit exhaustus, vt iam sit impotens? Refertur quedam sententia, nu. 23.

Proposuit sententia Authoris, nu. 24.

An steriles ad matrimonium sint habiles? Refertur quedam sententia, nu. 25.

Sententia Authoris, nu. 26.

An valeat matrimonium, quando mulier nequit absque vita periculo parere? Refertur quedam sententia, nu. 27.

Proposuit sententia Authoris, nu. 28.

Quid, si femina mortuos filios pariat? numero. 29.

Satis sit argumentis, nu. 30.

Disputatio de hoc impedimento apprimè necessaria est, quod frequenter in tribunalius Ecclesiasticis accidat, & in confessionibus occurrit: facillimumq. sit circa illud aberrare, tū ob nimiam eius difficultatē: tū etiam, quia satis obscure disputari inuenitur. Et ideo qua claritate potero, illud enodabo. In hoc ergo impedimento is ordo seruabitur. Primò loco agetur qualis impotentia matrimonium dirimat: vbi de impotentia naturali, absoluta, vel respectu, accidentali ratione senectutis, abscissionis testiculorum, vel maleficij.

Secundo loco de impotentia quando ab altero potente cognoscitur: & de iure, quo matrimonium dirimat. Tertio loco quando matrimonium ratione impotentie separatum, restaurandum sit, iuvènto errore, ex secundis nuptijs, aut fornicacione impotentis. Vbi & qualiter lis intentanda sit contra sententiam laicam, & qualiter in causa matrimonij, nunquam transeat in rem iudicatam. Et num liceat diuortium ratione illius copulæ in fornicacione, aut matrimonio habitæ. Quarto loco quando impotentia subsequitur matrimonij: & quando dubitatur, an præcedat, an potius sequatur: & qualiter tunc liceat usus matrimonij. Quinto loco de impotentia temporalis ratione ætatis puerilis, status mortis, vt de matrimonio constituitur in mortis articulo. Et de matrimonio hermaphroditum. Tandem qualiter probanda sit impotentia, & de computatione, trienij experientia: potentia ad coeundum. Præmittendum est, quid, & quatuorplex sit impotentia. Est enim vitium naturale, aut accidentale impediens coitum. Potest autem confurgere ex causa intrinseca naturali, vt ex viri frigiditate, aut ex feminae arctitudine. Frigiditas enim reddens coniugem impotentem soli viro accidit. Vt egregiè docet. D. Th. ab vniuersis receptus. 4. d. 34. q. vnica, art. 2. ad 6. ea ductus ratione, quod mas sit agens in generatione, femina verò solum patiatur. At frigiditas passioni non obstat, sed soli actioni reprimens membri virilis motionem. Quare minus bene Anton. c. fin. nu. 6. ver. hæc doct.rina, de frigid. & malef. & ibi Præposi. n. 5. ver. quæro generaliter, aiunt posse in femina reperiri frigiditatem matrimonij dirimentem, iura tamen illius non meminisse, quæ ferè impossibile sit eam probare. Vocatur autem impeditum hoc frigiditas: